



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 5. Aureliæ Dux Caroli Successor, Ludovicus XII. nuncupatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.  
A. C. 1498.

prælucentibus quadringentis facibus, quas totidem pauperes pullis tunicis induti præferebant, cunctas sodalitates solemniter ritu obviam processisse, illudque ad Abbatiam S. Dionysii conduxisse. Nullos liberos vita superstites reliquerat Carolus; tres enim, quos ex Anna de Britannia susceperat, præmatura mors ante annum ætatis quartum abstulit, Filiam præterea genuit, nomine Annam de Francia, quæ tamen vix nata fati cesserat. Unde Aureliæ Dux proximus hæres, regni que successor salutatus est.

§. V.

*Aurelicæ Dux Caroli successor, Ludovicus XII. nuncupatus.*

*Gwicciard.*

*l. 3.*

*Comm. l. 8.*

*s. 20.*

*Bellef. l. 6. c. 1*

Aureliæ Dux, qui quarto propinquitatis gradu Carolum contingebat, tum emenso necdum trigesimo septimo ætatis anno, Blesis continuo morabatur. Rege vix mortuo Aulici, atque Ministri Ducem adeunt, Caroli obitum nunciant, novoque Regi suo obsequium deferunt. Nec tamen deerant Optimatum nonnulli, qui primo secreta indignatione adeptum folium Duci invidabant, demum omnino eum a regia dignitate arcendum contendebant, eo quod arma in Regem suum sumpisset. Alii ex adverso affirmabant, Ducem

Ducem jure agnationis, atque avitis Re Sæcul. XV.  
gni legibus ad sceptrum vocari, nec ab A C 1498.  
ullo impediri posse: quapropter spretis  
eorum querelis, qui Aurelianensem co-  
rona ipsi jure debita, ac nonnisi merito-  
rum suffragio imposita spoliari exoptave-  
rant, ipse die vigesima septima Maji Re-  
mis ritu solemnī unctus est.

§. VI.

*Remis unctus & apud S. Dionysium  
coronatus.*

Die prima proximi Mensis Julii apud *Ferron. in*  
S. Dionysium Aurelianensis Dux pro *Lud XII.*  
more in Regem coronatus, postera die *Paul. Emil.*  
solemni pompa Lutetiam Parisiorum in *in Lud XII.*  
gressus est. Præcipue eo curas intendit, *Comm. l 8.*  
*c. ult.*  
ut primo sextam tributi partem con-  
donaret, demum vero ad tertiam restrin-  
geret; quippe Populi sui salutē intentus,  
toto regni sui tempore omnem navabat  
operam, ut tanquam Regiminis sui Du-  
ces sequeretur lenitatem, atque pruden-  
tiam, illorum etiam Ministrorum opera  
utebatur, quos morum integritas atque  
animus a privati quæstus studio alienus  
præprimis commendabat, quique in o-  
mnibus rationis, ac fidei præscripta in-  
consilium adhibere probabantur. Præ-  
terea per asperum diutinæ adversitatis  
suæ